

h. 62, 28

(X 2044274)

Y^e
1819

MINERVAM
IN
THORUM AUGUSTUM
SERENISSIMORUM FUNDATO-
RUM GYMNASII AUGUSTI
DEDUCTAM
CIVIBUS AUGUSTIS
COMMENDAT,
ATQUE UNA
ORDINEM LECTIONUM
TAM PUBLICE QUAM PRIVA-
TAM A IX. CAL. DECEMBRIS ANNI M. DC.
LXXV. AD ILLARUM RECURSUM
TRACTANDARUM,
PANDIT
ILLUSTRIS AD SALAM
AUGUSTEI
RECTOR.

LEUCOPETRÆ,
LITERIS JOHANNIS BRÜHLÆI.

ss.





TO... A. & Q. Heronim the Smaragdus, M. Annianus



Seneca... M. Antonium, Caesaris Augusti... rium eius; in Imperio collegam, vane... glorie pringine tentatum, non habere... solum & comitatu Bacchum imitari... fuisse, sed iustisse etiam Libertum partem salutari, &... hoc nomen subscrisi statim in Africa sibi potius: Athe... nas autem ingressum, tum mod; omnium civium cultu... exceptum & rogatum, ut Mineruam suam (pve nomi... ne sapientie Deam seu disciplinam invenirent... designabat) quam ei in matrimonium desponde... rent, duceret, non abuisse videtur sponsalia, dots... tamen nomine mille talenta... rum milia Atheniensium... Trimum in solentia... divinos sibi asserere... Tanta illius imprudentia, in hoc doctoro immortali... tatis desiderio instans... eius in eternitatem vindicet, indotatam... in suum suum ac comp... mine apud Apulejum... sam, quamvis opido parer in, en abunde esse... dotatam. Basil. pulchrum... in blandis suis non modo spectatorum oculos in se...





A. & Ω.

R

Hetorum ille Smaragdus, M. Annæus Seneca Suaforiarum prima memorat, M. Antonium, Cæsaris Augusti fororium ejusq; in Imperio collegam, vanæ gloriæ pruriginē tentatum, non habitu solum & comitatu Bacchum imitatum fuisse, sed jussisse etiam Liberum patrem se salutari, & hoc nomen subscribi statuis in Attica sibi positis: Athenas autem ingressum, summoq; omnium civium cultu exceptum & rogatum, ut Minervam suam (quo nomine sapientiæ Deam seu disciplinarum inventricem designabant) quam ei in matrimonium desponderent, duceret, non abnuisse quidem sponsalia, dotis tamen nomine mille talenta, seu sexcenta coronatorum millia Atheniensibus imperasse. Tanta hujus Triumviri insolentia fuit, ut mortalitatis suæ oblitus, divinos sibi asserere honores non duxerit religioni. Tanta illius imprudentia, ut præpostero immortalitatis desiderio inflammatus sapientiam, quæ nomen ejus in æternitatem vindicare potuisset, indotatam in sinum suum ac complexum venire noluerit. Memine apud Apulejum me legere; Virginem formosam, quamvis oppido pauper sit, tamen abunde esse dotatam. Ea scil. pulchritudinis vis atq; indoles est, ut blanditiis suis non modo spectatorum oculos in se con-

con-

vertat, sed luminis etiam sui & fulgoris admiratione
ita capiat mortalium animos, ut in illius possessione
felicитatis suae fastigium quasi & ultimam perfectio-
nem collocantes, de fortunarum accessione non ma-
gnopere laborent. Atque hinc est, quod I Crisostomus
nobilem & divitias pulchritudine compensa-
ri, & foeminam nobilem in thalamum viri, nullis nar-
talibus conspicui, transeuntem non cenferi cum infe-
riore, sed pari matrimonio iniisse, si hic forma di-
gnitate multum antistat. Quotusquisque vero est, qui
vel ignoret, vel negare audeat, Sapientiam venustate
sua vel ipsam Venerem superare longissime, & bona
fortuna tanto post se intervallo relinquere, quanto su-
prema aetheris puritas infimas terrae sordes. Venimus
si ignorantia illarum rerum, quae gratiam mortalium
devenustant, de foris maxime censetur, hinc in-
manis esse potest, quod sapientiae decus splendore ante-
cedat vel aequet. Absque hac luce si essemus, nec
pulchri essemus, nec beati, sed densissimis in ex-
tremis cum perpetua miseria, squalore & foeditate con-
flictaremur. Dei radius est sapientia, mentem illu-
minans, voluntatem emendans, Ecclesiam serenans,
Rempublicam tranquillans, domum foecundans, vir-
tutem coronans & nos omnes ad veram felicitatem illi
perducens. Hujus itaque societatem ob auri argenti-
que pondo ambire, vel averfari etiam, illamque non ut
sponsam ad honestum solatium, sed tanquam ancillam
ad sordidum quaestum expetere, non est liberalis & in-
genii, sed servilis & abjecti prorsus ingenii.

Utinam vero solus Antonius eo in Minervam animos
fuis-

fuiſſet, nec ſimiles ſui poſt ſe relinqvendo reliqviffet,
nobis de triftiori rei literariæ facie, quam cernim⁹, con-
querendi materiã! Negari enim non poteſt, hoc ſecu-
lum noſtrum æque, ac ſuperiora, multos genuiſſe, qui
in caſtris Muſarum militantes, de fortunæ potius,
quam animi dotibus augendis ſolliciti ſint, ſuaq; culpa
rem eo deducant, ut Minerva, non abſq; inſigni Reip.
damno, plures levis, quam gravis armaturæ milites
ſub ſignis ſuis nunc habeant. Quin alios reperias, præ-
ſertim in maximorum Principum aulis, qui neqve præ-
ſidio ſuo optimarum artium cultores dignentur, & li-
mis oculis eos aſpiciant, ſi munifica Principum Proce-
rum ve gratia fulſcantur, & ſtipendio aliquo ſubleven-
tur. Metuunt quippe, ne Aſarium exhauriatur, aut
pecunia male collocetur, ſi in aliam rem, quam vena-
ticam, metallicam, militarem aut his ſimilem confereb-
tur. Verum hi non animadvertunt, brevi neq; æra-
rium neque principatum amplius futurum, ſi deſint
ſapientes. Sicuti enim Rempublicam conſtituere,
eamqve legibus & conſiliis ita moderari, ut felicitas ci-
vium non ſolum augeatur, ſed aucta etiam perpetue-
tur, & in ſeram poſteritatem transmittatur, ſolius ſapi-
entiæ opus eſt: ita ſi hæc regina folio deturbetur, &
illius admiratores habeantur contemptui, nihil niſi
ruina civitatis & omnium fortunarum naufragium,
ſequi poteſt. Conſtans fama eſt, Jlium, niſi Palladio
amiſſo, capi & everti non potuiſſe: conſimili modo
Reſpublicæ florere non deſinunt, quamdiu ſapientiæ
rore irrigantur & dedicata Minervæ delubra ſarta tecta
ſervantur. Tanta ſapientiæ eſt utilitas, tanta neceſſi-
tas, ut ſolem e mundo tollere videantur, qui hoc lumi-

ne civitatem orbare conantur. Movit hæc pulcher-
rima Minervæ facies Reverendissimum &
Serenissimum Principem AUGU-
STUM, Primatem Germaniæ &
Ducem Saxoniae, Dominum & Nu-
tricium nostrum Augustissimum,
ut illam quamvis indotatam despondere sibi, inq; Tho-
rum Augustum ducere non dedignatus fuerit.

Postquam enim undecim abhinc annis, ipsis Cal.
Nov. hoc illustre Sacrarium solenni ritu ei dedicaverat,
sanxit, ut IX. Cal. Dec. quo olim nuptiarum solennia
celebrasset, Lectionum publicarum initium fieret, &
quotannis eodem die, habita Oratione & votis pro
Thori Augusti felicitate & Gymnasii incremento con-
ceptis, Ordo Lectionum publicarum & privatarum
panderetur. Quemadmodum igitur religiosissimum
Serenissimi Principis adfectum, quem in Literas ele-
gantiores induit, humilime veneramur & condignis
laudibus evehimus: ita officio nostro congruit, impe-
ratis illius morem gerere & injunctum obire munus.
Et quoniam Oratoriæ Professor, Collega noster con-
junctissimus, eas sibi sumpsit partes, ut & Thalami
& Gymnasii Augusti salutem calidissimis suspiriis DEO
optimo maximo omnium nomine commendaret, hac
charta solummodo operas, quas singuli annuo spatio,
auxiliante DEO, suscepturi sumus, persequemur.

Pro-



PROFESSOR THEOLOGIAE

Deum immortalem, ut instituta & studia benignis auspiciis feliciter provehat, veneratus, Cursuque Historico provectus, iis, quos pietas animi sublimitasque in S S, Theologiae impulit meditationes, in IV. & V. post Christum natum Seculorum confinio sacras adhuc arbores ponit, latosque inde campos, in quos amoenitate juxtim ac celebritate provocati excurrant, atque ex iis opimam domum referant messem, identidem aperit.

Quandoquidem jussu etiam suo Reverendissimus pariter ac Serenissimus Archi-Episcopus Augusteique Conditor, Augustus, facit, ut Didactico, aut Positivo, Cursus jungi queat Polemicus, Compendii Hutteriani spatia toties emensus, pensum novum, id est, Librorum Symbolicorum, tum generatim, tum speciatim, & primum quidem Augustanae Confessionis, opes & vindicias, ita tamen, ut ex Historiarum Rerumque, quoad Ecclesiae Secula, decursu, anfractu tractandi, sed una semper & stabili methodo, adripiatur, quantum potest, adcurat.

JU-

JURISPRUDENTIÆ

PROFESSORIS IN ÆTATE

Explicationem Institutionum Imperialium solitis hactenus diebus, nimirum Martis, Jovis & Saturni ab hora octava matutina ad nonam de novo incipiet, addetq; per Aphorismos suos de super collectos, quod non tantum ad generalem Juris cognitionem spectat, sed & in ipsis rerum argumentis obtinet. Nam cum Juri operam daturus non sufficiat scire saltem, quæ in communi videntur æqua aut iniqua, sed & illa investiganda veniant, quæ pro statu hujus vel istius Reipublicæ Magistratibus inter rationes æquè probabiles præ reliquis placuere, nec omnia olim melius prævisa; ita pa-

rum

10-

B



rum erit nosse textum Institutionum tantū, nī simul addatur, quod ad minimum Romano in Imperio de primo illo Jure mutatum aut sublatum penitus. Non quidem quasi omnes Juris apices, & observationes tradit aut capi à tenera Juventute hīc possunt, benè gnarus & plus temporis, & majorem ætatem maturiusq; judicium ad hæc omnia requiri, quàm quod à discipulis Gymnasiorum impendi solet frequentia, sed ne plane ignari Juris moderni Academies adeant, putentq; inibi sibi nova & antea penitus inaudita proponi. Quod si otium supererit, addet quoque Juris beneficarii seu Feudalis principia, à quibus reliqua Jura, quæ à suo objecto præcipuè publica vocitamus, dependent.

B

JO.

JOHANNES SCHWARZIUS,

S. S. Th. D. Inspector, Director & P. P.

Continuabit κτ̄ ποδα Methodum à Reverendiss. atq;
Serenissimo Nutritio sibi præscriptam, & quidem
Ordinariè

1. In LOGICA CONTRACTA, cujus Horologiam
hactenus tradidit, etiam reliquas Mediorum Logico-
rum Libros per Præcepta & Axiomata succincto sty-
lo Hora VII. Mat. Dierum Lunæ & Martis proponet:
mox sensum eorum & usum, sc. qualem in aliis Disci-
plinis præstant uberrimum, per discursum suggeret,
ut res tota in brevitate perspicua, & in perspicuitate
brevis deprehendatur.

2. In OFFICIIS D. AMBROSII Hora I. Pomerid.
Dier. Lunæ & Jovis, singula Capita, prout hucusque
consuevit, per (1.) summariam Propositionem, (2.) ana-
lyticam dispositionem (3.) didacticam expositionem &
(4.) elencticam compositionem, tum ex Theologia,
tum ex Philosophia Morali petendam, in brevitate ta-
men debita, expediet.

3. In HERMENEVTICA Hora VII. Diei Mercu-
rii ad Partem specialem progredietur brevi, ubi ad di-
versas materias applicabit, quod in idea prius propo-
suit, ut Disciplinæ tam nobilis & ubertas & necessitas
ex instituta Praxi sufficienter innotescat.

4. In METAPHYSICA, cui Hora VII. mat. Diei
Jovis & quæ Diei Veneris à finitis sacris proxima, nun-
cupata est, numerosam terminorum congeriem in
Compendium, itidem per Præcepta & Axiomata con-
trahere perget, ita tamen, ut ratio hujus vel perspicu-
itati,

itati, vel usui, quem in Facultatibus superioribus; præcipuè verò in Theologiæ per discursum ostensurus est, nec quicquam officiat.

5. In PROCESSU DISPUTANDI Hora I. pom. D. Veneris exempla Præceptis miscebit frequenter, ut manifesto appareat, quid hic laudem, quidq; culpam mereatur. Et ne in praxi deficiat, quod Theoria jubet, hebdomales præcavebunt Disputationes, in quibus Hora I. Dies Mercurii & Saturni Theses nunc ex Metaphysicis aut Logicis, nunc ex Theologicis, alternatim ventilabuntur.

6. In COMPENDIO THEOL. HUTTERI Hora VII. Saturni citum faciet progressum, eandem, quam semel exorsus est, adhibiturus Methodum, ut prius unuscujusq; Loci Oeconomiam, post singularum Quæstionum ἐξηγῆσιν, cursoriè observet, quas inter potiore tamen, h. e. definitionum quæ θεῶν & ἀλλοθεῶν scrupulosius enucleabit, ut inde totius Loci ratio dijudicari queat.

Tandem Extraordinariè ORATORIAM SACRAM Eminentissimi & de universa Orthodoxia optimè Meriti Theologi Dn. D. JOHANNIS OLEARII, Patris sui in Christo maximè Venerandi, quam modo inter privatos parietes explicare incepit, ad finem post unam vel alteram septimanam, Deo dante, perducet, quo factò in praxi fusiozem adhibebit operam, quâ in componendis juxta ac è Cathedra dicendis Concionibus exercentur Auditores. Id propter autem nequaquam ab illo Concionandi exercitio abstinebit, pro quo Dispositiones ex certis Script. S. dictis ad seriem Artic. fidei proposuit. Quod si præterea vel accuratiorem in

logia Positiva doctrinam, vel quendam Gnostologias,
Noologias aut Pnevmatice Synopsis requirant Audi-
tores Privati, pro virili quoque velificabitur iisdem.

Johann Joachim Sager / Med. D.
& Prof. Pub.

Lectiones Physicas singulis Lunæ, Martis & Jovis
diebus, eâ methodo, quâ hactenus usus est, conti-
nuabit & *Questiones Physicas*, quas *Synopsis Sperlingiana*
exhibet, ad normam veritatis examinabit, nec gravabi-
tur ea, quæ altioris sunt indaginis in calamus dictita-
re, ne animis excidant, quæ pronis auribus Auditores
acceperint.

Redeunte Flora, nonnunquam cum Botanica Cul-
toribus in proximos agros, hortos & campos exspatia-
bitur, *Nomina*, *Qualitates atq; Vires herbarum* monstrabit, da-
bitq; operam, ut quicquid ad *Sanitatem Studiosæ Juventutis*
tuendam facere videatur, omnibus innotescat & præe-
unte *Horstio* clarè proponatur.

M. Joachim Leistenius, G. A.
Rector.

Diebus Lunæ & Martis post Nonam matutinam
Tabulas Geographiæ synopticas Globi Terræ
quei faciem contemplaturis exhibebit, erudi-
tis discursibus illustrabit, condimentis historicis ad-
gebit, & Telluris Situm Locorumq; distantias ope
Sphæræ artificialis & Chartarum Geographicarum
monstrabit.

Die

Die Mercurii hora IX. in potissimarum Epocharum re-
-censione & demonstratione perget, iisque absolutis,
-Usum Globi Cœlestis explicare denuo aggredie-
-tur.

Diebus Jovis atq; Veneris, horis secundis pomeridi-
-anis florentissimum Rerum Romanarum Scripto-
-rem Luc. Annæum Florum ita tractabit, ut ex sedu-
-la illius & attenta auscultatione puritas & elegancia
-Latini sermonis facili negotio hauriri queat. Neq;
-enim explicabitur solum hoc scriptum, sed applica-
-bitur etiam ad res alias, h. e. Stylo, quo Florus Res
-Romanas descripsit Gentis Sacracenicæ seu Turci-
-cæ facinora & instituta exprimentur.

Extra ordinem & privatim in Stylo Epistolico perpoli-
-endo locabit operam suam, & Geometriam post Æ-
-quinoctium Vernum docebit.

M. Christianus Weise / Politices,
Eloquentiæ & Poëseos P. P.

Durantibus per hiemem lectionibus brevioribus
-Politiceam hætenus absolutam seponet, ac pro-
-inde d. ♂ hor. I. & d. ♀ hor. 9. Martialis librum
-Spectaculorum explicabit, d. ♂ hor. 2. & d. ♀ hor. 2.
-Epistolarum dispositiones & varias elocutiones, pro-
-positis exemplis demonstrabit.

-Redeunte autem Luce, Poëtica quidem suo conti-
-nuabuntur ordine: ast die ♂ ♀ & ♀ hor. III. Statum
-Rerum publicarum specialem ita enarrabit, ut Ufus
-Præceptorum generalium eò fiat illustrior.



Privatim Politicam disputando, Poësin Germanicam exercendo, Oratoriam legendo & scribendo excolet. Imprimis in usum Collectaneorum tam Oratoriorum quam Politicorum, Taciti Annales nuper inceptos pertractabit.

M. Johannes Golderrieder / Ebr.

Ling. & Ethic. Prof. Publ.

Publice

Die Lunæ horâ X. diebus Jovis & Saturni verò hor. II X. Canones Schickardi ḥ; Tironibus præleget, eosq; ex variorum Grammaticorum דיקוקי præprimis autem ex Kimchii Grammaticorum Principis accuratissimo מכלול illustrabit, notisq; dilucidabit. Quia verò, ut rectissimè adnotat Cl. Buxtorfius, Scientia sine usu umbratile quiddam est & evanidum, idcirco דעוהיא cum ipsa πρᾶξι conjunget, atq; ex quorundam dictorum Biblicorum analyti Grammatico-Philologica usum Regularum monstrabit. Quò autem Provehiores in hoc studio eò alacriores reddat, eosq; עם אביות אבה אל מחוה הפצו (vid. Job. IX. 26. & Psal. CVII, 30.) h. e. navibus desiderii ad portum oblectationis ipsorum provehat, Imitationes ex libro תהלים proponet, certò sibi persuadens, comite Imitatione facilius longè opus processurum.

Ethicam Itteri, cui X. hora dierum Martis & Mercurii consecrata est, δεῖ συνεργεῖν & denuò explicare inchoabit, ita quidem, ut ubi Auctor quædam omisit, vel minùs accuratè tractavit, ea ex Aristotelis Ethicorum libro ad Nicomachum conscripto suppleat, non neglectis

Et istamen iis, quæ Theologiæ & Jurisprudentiæ Cultoribus videbuntur utilia atq; necessaria.

Abolutis de Masora disputationibus ad alias materias Philologicas se convertet, neq; Ethices Studiofis suam in disputando denegabit operam.

Privatim

Collegium Rabbिनico-Philologicum aperiet, & ut facilius Auditoribus ad Masoram atq; Commentatores Biblicos, quales inter alios sunt רשי ראבע רדק רלבג וכו' pateat aditus, Leusdeni Jonam illustratum five Joelem explicatum leget. Rudioribus ex Codice sacro librum aliquem ex V. T. interpretabitur, præmissâ tamen brevi atq; nervosâ Institutionum Lingvæ Ebraicæ explicatione.

In Ethicis super B. Hornei Disputationes Ethicas ex Nicomachicis Aristotelis depromptas, vel alium Auctorem, qui Auditoribus placuerit, Collegium instituet, plura, si quidem ea expeti intellexerit, adornaturus.

M. Johannes Niemer / Græc. Ling.
& Histor. Prof. Publ.

PUBLICE

Die Lunæ & Martis hora II. pomerid.

Secundum Statuta fundamentalia Isocratis orationem ad Dæmonicum methodo consuetâ, incorrupto absolvet studio.

Die Mercurii hora VII. & Jovis hora IX. antemerid.

Historiam Romanam, quam nuper exorsus est, continuabit, eamq; ad nostrum statum, quâ facere licet, accommodabit.

Die

QKye 1819

Die Veneris

Brevissimis disputationibus per Universam Historiam dispositis suos auditores exercebit.

Die Saturni hora X.

Textum Dominicalem Evangelicum Analyfi Philologicae, per discursus & succisas disputationes subjiciet.

PRIVATIM

Præter cætera recens intimata Collegia Historiam Græcam è fontibus Græcorum hauriet, &, quàm methodicè rem agere licet, Auditoribus communicabit.



HÆ illæ dapes sunt & opes, quas THALAMUS AUGUSTUS, MINERVÆ COPULA INCLYTUS, per manus nostras vobis, Cives Augusti, obfert, ad opulentam acqvirendam eruditionem. Vestrum est partas opes & paratas epulas non respuere & fastidire, sed avide arripere & pectora vestra sapientia & prudentia satiare. Vix quisquam est in hominum censu, qui non florere opibus & famem frangere, quam paupertatem ferre & macerari inedia malit. Non committetis igitur, speramus, ut curta potius quam proluxa supellectile instructi sitis. Si impiger mercator per saxa, per ignes, ut Venusinus loqvitur Poëta, ad extremos Indos excurrit, ut possessiones suas augeat, quanto magis de accessione bonorum animi Vobis laborandum, quorum possessio a Regum, sapientissimo auro, margaritis & rebus quibusq; pretiosissimis longe antefertur? Æmulamini itaq; industriam SERENISSIMI NOSTRI, & sicuti is nulli pepercit operæ in Minervæ religione propaganda; ita omne studium vestrum figite in cultu illius continuando.



h. 62, 28

(X)

MINER
 IN
 THORUM AT
 SERENISSIMORU
 RUM GYMNAS
 DEDUC
 CIVIBUS A
 COMME
 ATQUE
 ORDINEM L
 TAM PUBLICE
 TIM A IX. CAL. DECE
 LXXV. AD ILLAR
 TRACTAN
 PANI
 ILLUSTRIS
 AUGU
 REC

LEUCO
 LITERIS JOHAN

